



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi  
Maioris Apvd Heripolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ...  
Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri  
potuerunt, omnia**

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem  
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;  
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd  
Heripolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica  
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius  
fundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum  
MCCCLXX. II. Coenobii ...

**Trithemius, Johannes**

**Francofurti, 1601**

De Crafftone Secvndo, Hvivs Monasterii Abbe XVI. qui præfuit annis XV.  
mensibus XI. diebus X. & variis gestis illius temporis.

**urn:nbn:de:0128-1-17336**

## CHRONICON TRITHEMII

M C C C L X X I I .

*Gerardus fit  
epi. epus  
Herbip. lea-  
fis.*

Anno Philippi abbatis nostri XXIII. obiit Albertus episcopus Herbipolensis, in cuius locum electus fuit per capitulum Albertus Hesburg, contra quem Carolus Imperator à Papa Gregorio XI. obtinuit Gerardum de Schvartzburg in episcopum promouen, contra voluntatem totius cleri & populi Herbipolensis. Ordinatus autem à Papa Gerardus in episcopum prefuit annis XXVIII. fuitq; exodus omnibus propter avaritiam suam exactio. nesque inconsuetas, quas imposuit.

*Marchionat-  
tus Brande-  
burgensis à  
Bauaria ve-  
nire.*

Eodem anno duces Bauariae vendiderunt Marchionatum Brandenburgensem Carolo Imperatori & regi Bohemiae, pro ducentis millibus florenorum, quorū centum milia in promptu fuerunt soluta, pro reliquis centum millibus quedam castella, videlicet Lauff, Hersbruck, Reichenfels, Sultzbach, Rosenburg & Hirschavv, in manibus ducō Bauariae fuerunt sub titulo redemptionis ad prefatam summam dimissa. Reliqua vero cahra regi Bohemiae in Bauaria vendita, per Ruperrum regem Romanorum postea fuerunt recuperata, & ducibus Bauariae per eum restituta.

M C C C L X X I V .

Hoc anno, qui fuit Philippi abbatis nostri XXIV. & ultimus, Papa Gregorius XI. mandauit scholasticō S. Petri Moguntinensis ad instantiam ipsius Philippi abbatis, quatenus bona iniuste à monasterio alienata, ad ius & proprietatem monasterij faceret restitui, vt patet in bullā, qua sequitur.

*Bulla papa  
pro mona-  
sterio.*

*Gregorius episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio scholastico S. Petri extra muros Moguntiniensem, salutem & apostolicam benedictionem. Dilectorum filiorum abbatis & conuentus de Spahnheim, ordinis S. Benedicti, Moguntinensis diacessis, precibus inclinati, presentium tibi auctoritate mandamus, quatenus ea que de bonis ipsius monasterii alienata inuenieris illicite vel diffracta, ad ius & proprietatem eiusdem monasterii legitime renovare procures, contradicentes per censorum ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Testes autem qui fuerunt nominati, si ex gratia, odio vel timore subtraxerint, censuram simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum A-  
unioni VII. cal. Marii, Pontificatus nostri anno IV.*

Verum quid istius commissionis imperatio efficerit aut profuerit, non innenio, quia non diu postea Philippus abbas obiit, & Craffto succedens non satis utiliter rexit.

*Aquarum  
inundatio  
magna.*

Eodem anno in mense Februario nimia fuit inundatio aquarum: Rhenus enim tantum excrevit, ut muros ciuitatis Coloniensis transcederet, oppidum quoque Bingorum pro maiori parte aquis fuit oppletum, intantum, quod omnes portae versus Rhenum & Naham clausae fuerunt & aqua operata vique ad summitatem murorum. Hac inundatio Rheni multa mala fecit & damna hominibus iuxta Rhenum morantibus; nam villas subvertit & homines submersit, tempora & multa edificia prostravit, vineas, hortos, lepes & vias circa Rhenum ad nihilum redegit.

*Chorfatio  
S. Iohannis de-  
Edu. Vett  
Tauri.*

Eodem quoque anno maniaca passio multos homines infecit (quam passionē homines choream S. Iohannis appellant) quae multos, tam mulieres & virgines, quam viros & iuuenes inuadens, profugos ex patria & cognatione fecit & infans, qui primum cadentes in terram spumabant, postea surgentes vique ad defecctionem saltabant, nisi fortissima ligatura per alios stringerentur. Multæ etiam tali occasione deceptions siebant, nam plures ut vel pecuniam mendicando perciperent, vel ut luxuriam suam explerent liberius, morbum fingebant.

*Philippus  
abbas mori-  
tur.*

Eodem quoque anno XIII. calend. Octobris obiit Philippus huius monasterij abbas, anno regimini sui XXIV. completo, cum mense I. & diebus XII. sepultus in medio choi ante gradus presbyterij, cuius tumulo lapis cum inscriptione superpositus fuit, quem Iohannes Colnhausen, abbas in reformatione primus, pro refectorio construendo amovit.

## DE CRAFFTONE SECUNDIO, HVIVS MONASTERII ABBA-

texvi qui prefuit annis XV. mensibus XI. diebus X. & variis  
gestis illius temporis.

*Crafft fit  
abbas huius  
monasterij o.*

M OCTO abate Philippo atque sepulso iuxta morem ecclesiasticæ traditionis die calend. Octobris XIII. ne monasterium vidutatis sua diu deploraret incommoda, mox fratres altera die sequente, hoc est, in vigilia S. Matthæi apostoli pro eligendo novo pastore ad locum capitularem conuenerunt, & post multos tractatus in abbatem elegunt dominum Craftonem huius nominis secundum, praesentis cœnobij monachum, quem Adolphus archiepiscopus Moguntinus, confirmauit, & per Vicarium suum in pontificali-

tificalibus fecit ordinari, praeuitque in abbatia huic monasterio annis xv. mensibus xl. & diebus x. Fuit autem oriundus ex Beckel nheim, patre Vvolfframo milite de Sponheim, matre vero Margaretha de Sobernheim genitus, qui in pueritia sua monasterio sub Vvihelmo abbatte traditus, inter fratres more eorum versabatur. In abbatem autem electus magis intuitu parentum quam Dei, non satis vtiliter praeuit: quia & disciplinam regularis obseruantiæ nullam instituit, & temporalis substantia subsidia in multis deteriora fecit. Sub eius regimine monachi omnes huius coenobij quæ sua erant, non quæ Domini quærentes, pecuniam habebant, & Bibliothecam satis pretiosam, quæ hucuque sana duraerat, distrahere primum & violare & vendere cooperunt.

*Obseruantiæ  
regularis  
distractio.*

10

M C C L X X V.

Crafto abbas anno regiminis sui primo, caput S. Irminæ virginis in argentea capsula, quam Crafto primus ante annos ferme cc. fieri pro decore domus Dei fecerat, spolians denudauit, venditoque argento sacrum verticem cupro vestiuit, quemadmodum adhuc cernitur esse vestitum. Alia quoque diuersa clenodia huius monasterij, quæ abbates olim pro honore Dei ecclesiæ contulerunt, deinde per successores eorum alienata & vendita sunt, ita ut prater infamam pontificalem antiquam eorum, nihil ad tempus nostrum permanferit.

*Argenteum  
caput S. Ir-  
mine ven-  
datur.*

His quoq; temporibus inter Fridericum archiepiscopū & ciues Colonienses grauis dissensio fuit, & multi Principes cum archiepiscopo aduersum eos conuentione fecerūt.

*Dissensio in-  
ter archie-  
piscopum &  
Coloniensem.*

20

M C C L X X VI.

Anno Craftonis abbatis nostri iiii. obiit Iohannes dictus Scadlandt, episcopus Vor- maciensis, ordinis fratrum prædicatorum, sepultus in conuentu suo Cöfluentino, ubi ordinem ipsum intrauerat. Post quæ episcopatum Vvormaciensem obtinuit Eckhardus de Ders annis xxix. vir tam in scripturis quam in secularibus literis multum eruditus, vita & conuersatione deuotus, contemptor mundi & amator Dei, qui contra consuetudinem episcoporum illius temporis, ut Simonia vitaretur, omnes ordines tam minores quam maiores conferre in persona propria gratis cum omni puritate confuevit. Raro extra ecclesiam videbatur in publico, sed tumultum fugiens hominum, in palatio suo Laudenburgensi solus quiescebat cum suis, lectioni scripturarum & orationi studium impendens

*Eckhardus fit  
episcopus  
Vormaci-  
sus.*

30 continuum.

Eodem anno Crafto abbas pro libertate curtis nostræ in Flonheim cum villanis ibidem actionem habuit, libertatemq; omnimode obtinuit, ut patet in literis.

*Curtis in  
Flonheim.*

Hoc ipso anno oppidanii Tuitiensium cum Friderico archiepiscopo Coloniensi sentientes, se hostes Coloniensem publicos exhibuerūt. Vnde pronocati ad indignationem Coloniensium congregarunt armatorum multitudem, & Rheno transmisso Tuitium, præter monasterium & ecclesiam parochiale, incendentes funditus destruxerunt. Postea eodē

*Coloniensis  
Tuitii de-  
trahunt.*

anno in profecto S. Panthaleonis martyris Fridericus archiepiscopus obsedit Coloniā

*Colonia ob-  
seditur.*

diebus paucis, quam cum se non posse capere cerneret, obsidione soluta ad Bonnam reuerius est. Deinde circa festum S. Laurentij martyris Coloniensis denuo egressi monaste-

*Monasteria  
Tuitiene*

rium Tuitiensis, quod prius intactum reliquerant, cum ecclesia parochiali, funditus de-

*Tuitiene  
cum ecclesia  
parochiali  
destruitur.*

struxerunt, nihil omnino relinquentes integrum, ne forte archiepiscopus ad expugnan-

*Hostes Co-  
loniensiæ.*

dum ciuitatem, præsidia sua ibidem poneret. Hac eorum presumptiōne commoti Principes multi, publice hostes &amp; inimici Coloniensium facti sunt, inter quos erantissimi potiores:

*Colonia ob-  
seditur.*

Cuno archiepiscopus Treuirensis, episcopus quoque Paderbornensis, Venceslaus dux Brabantia & Lutzenburgii, dux Aultrix, Imperator quoque Romanorum, Comes de Zegenhan, ciuitas Aquensis, & cum his plures quam octingentos militares dissidatos habe-

*Brabantia*

bant inimicos. Per annos quoq; viii. ciuitatis plta Coloniensis interdicto fuit supposita, &amp;

*Wilhelmius  
comes Hol-  
landia mo-  
ritor.*

diuinorum in ipsa celebratio pratermissa.

*Bildi Eber-  
hard comi-  
ta Wirten-  
bergensia sù  
ciuitatibus  
Imperialib.*

M C C L X X VII.

50 Anno Craftonis abbatis nostri iiii. obiit Vvilhelmus Comes Hollandiæ, Selania & Hannonia, Comesque Palatinus Rheni & dux Bauaria, filius quondam Ludouici Imperatoris, & frater Alberti comitis, in custodia (sicut diximus) yesanus, quam yesaniam hausto veneno incurrisse cerebatur. Frater eius Albertus (quemadmodum supra dictum est) post eius depositionem in custodiā, terram eius sibi usurpauit.

*Suenia.  
Concordia  
inter archi-  
episcopū &  
ciues Colo-  
niensiæ.*

Eodem anno factum est prælum magnum inter Euerhardum comitem de Vviterberg, & ciuitates imperiales Suevia, iuxta Reutlingen, & multi occupuerunt.

Eodem quoque anno facta est per Cunonem archiepiscopum Treuirensem cōcordia inter Fridericum archiepiscopum & ciues Colonienses firmissima, sed more solito non diu seruata,

M C C L X X V I I .

*Hericus co-*  
*mtes de Spō-*  
*beum profi-*  
*citator ad*  
*terram Jan-*  
*ban.*

Anno Crafftonis abbatis IIII. Henricus Comes de Sponheim, filius Walrami comitis, pro remissione peccatorum suorum ad terram sanctam proscitus est, cui abbas Crafftus pro Capellano adiunxit Wernerum de Dille, monachum huius cōventus. Sed & frater ipsius abbatis, dictus Eyrelvvolff de Sponheim, cum ipso Comite proscitus ierosolymam, militiæ illic dignitatem suscepit.

*Turris S.*  
*Martini in*  
*Colonia cō-*  
*baratur.*

Eodem anno turris S. Martini in Colonia, nostri ordinis, incendio concremata est, & magna pars domorum adiacentium eodem incendio perierunt, manstisque turris ipsa sine tecto per annos ferme XVI. quousque tandem institor quidam, Ewaldus de Bacharach, cuius Coloniensis, tantum pecuniârum moriturus ad instaurationem eiusdem legauit, quod in eam formam, in qua nunc cernitur, fuit reformata: pro cuius anima singulis diebus missa in honorem beatæ Mariæ semper virginis canitur in eadem ecclesia solennis.

*Carolus Im-*  
*perator +*  
*mortuus.*

Eodem quoque anno in vigilia S. Andreæ apostoli obiit Carolus Imperator IIII. post quem Wenceslaus filius eius, cum quo regnauerat annis VIII. imperat annis XXIII. sine corona imperij. Hunc pater cum adhuc viueret, in regem Romanorum (sicut diximus) procurauit eligi, puerum videlicet, XV. annorum, promittens vnicuique principi Electori centum millia florenorum, quæ cum soluere nō posset, optimas Imperij ciuitates pro pignore, donec pecunia soluatur, principis ascribere coactus fuit. Itaque Rupertus Palatinus Rheni pro centum millibus florenorum sibi promissis ab Imperatore in pignus accepit<sup>10</sup> Oppenheim, Oderheim, Ingelheim, ac Luterae Cæsaream, cum omnibus prouenientibus suis, quæ sui heredes hodie adhuc possident, possidebuntque donec & quousque predicta pecunia soluatur.

*Venetia ab-*  
*fluitur.*

M C C L X X I X .  
Anno Crafftonis abbatis V. Ludouicus rex Vngariae obsecrit Venetiam, & multa Venetis damna intulit, compellens eos mutare sigillum, ne sc̄ Dominos maris de cetero scriberent, quem titulum sibi præsumptuose usurpauerant.

*Oto Mar-*  
*chia Bran-*  
*denburgensis*  
*mortuus.*

Eodem anno Wenceslaus rex Romanorū venit ad Coloniam, & cum honorem agno suscepit, habens in comitatu suo Cardinalem apostolicæ sedis legatum. Eodem quoque anno obiit Otto Marchio Brandenburgensis, filius quondam Imperatoris Ludouici IIII. & in Soldental sepelitur. Hic Otto, sicut & duo ex fratribus eius, Wilhelmus qui tenuit Hollandiam (de quo diximus) & Ludouicus dictus Romanus, Roma quia natus, absq; liberis discessit, relinquens fratribus omnia quæ possidebat.

*Civitates*  
*Imperi op-*  
*pugnant de-*  
*ces Bauaria.*

M C C L X X X .  
Anno Crafftonis abbatis VI. omnes ferme ciuitates & oppida Imperij circa Rhenum & in Suevia, vna cum Piligrino archiepiscopo Saltzburgensi, & ciuitate Ratissponensi, contracto inter se foedere, cum exercitu ferme octo millium, duces Bauariæ & quosdam alios sibi in exercitu molestos, rapina & incendio oppugnare. Verum post annos quinque, cum insolentius agere coepissent, principum contra se omnium circa Rhenum, in Suevia, Bauaria & Franconia animos concitarunt: qui adunato maximo suorum exercitu contrarios processerunt, & maximis illatis damnis ligam seu confœderationem ipsam destruxerunt. Piligrinus archiepiscopus præfatus Saltzburgensis eodem tempore in treugis captiuus, castrum Hoensolms à ciuibus prædictæ confœderationis captum fuit, & igne immisso loco coquatum.

*Adolphus*  
*fit ep. opus*  
*Spirense.*

M C C L X X I .  
Anno Crafftonis abbatis VII. Lampertus ex abbate nostri ordinis episcopus Spirensis auctoritate apostolica ad ecclesiam Bambergensem translatus est, cui Adolphus de Nassavie episcopatu Spirensi succedens, præfuit annis XV. vir in agendis acutus & perspicacis ingenij, qui cum ciuibus suis quasdam contentiones habuit.

*Discordia*  
*inter archi-*  
*ep. opum*  
*Moguntinum,*  
*comitem*  
*Potestatum,*  
*Præfici ma-*  
*gna.*

Eodem anno Wenceslaus rex Romanorum propter pestē exiit Bohemia, & cum pilleo cardinaliatio lacrosanctæ sedis Romanæ venit ad Moguntiæ, & per Rhenum decedens Coloniam, viterius per terram ad Aquasgrani proscitus est, biique refedit.

Eodem quoque anno inter Adolphum archiepiscopum Moguntinum, & Rupertum comitem Palatinum Rheni ducemque Bauariæ discordia graues exortæ sunt, quæ eo usque processerunt, quod hostes publici aduersum eum facti multa sibi iniucem damna fecerunt. Tandem tamen per medium principum antidorum ad concordiam rediti sunt.

Hoc etiam anno maxima in Vngaria & Bohemia pestilentia sauebat, quæ multa milia

millia hominum absulpsit, nam in ciuitate Pragiensi vna die MCXYI, obierunt.

M C C C L X X X I I .

Anno Crafftonis abbatis VIII, rex Francie & Comes Flandrie obfederunt Ganduum, & quamvis viatores bis exstiterint, nihilominus Ganduenses contra eos processerunt ad pugnam, cosque fugere ad ciuitatem Brugis compulerunt, unde Gandicem ciuitatem obsidione vallantes, ipsam ceperunt hora VI. post meridiem, in die Sabbari, quando sanguis circumcidionis Domini in processione portatur, vbi plus quam septuaginta septem millia hominum cecidisse cerebantur. Comes autem Flandriæ fuga lapsus vix eualit, rex Francie subito vesanus factus fremebat.

10 Eodem anno Lupoldus dux Austriae contra Syvitenses processit ad bellum, à quibus victus cum multis alijs nobilibus & ignobilibus est occisus, & multi sunt capti,

M C C C L X X X I I I .

Ganduenses  
obfederunt.

Anno Crafftonis abbatis nostri IX, obiit Comes Iohannes de Sponheim, frater Henrici comitis sine liberis.

Bellum ad  
uerius SV  
tenies.

Eodem anno VII, cal. Augusti obiit Wernherus de Dille, monachus huius cenobii, qui ante triennium cum Henrico Comite de licentia abbatis sui (sicut diximus) ultra mare fuit ad sepulchrum Domini profectus.

Iohannes co-  
mes de Sp-  
heim mori-  
tur.

Eodem quoque anno VII, iduum Decembri obiit Wenceslaus dux Brabantie & Lutzenburgii, frater Imperatoris Henrici III, qui Brabantia exercerat annis XXVIII, & cum magna pompa sepultus in monasterio beatæ virginis Mariæ prope Lutzenburg, quod est abbatia ordinis nostri: post cuius obitum Ioanna vxor eius, quæ fuit filia Iohannis tertij ducis Brabantie, rex illas annis ferme XXII, cum adiutorio Arnoldi de Horne episcopi Leodiensis, quem de sacro fonte baptismi leuauerat.

Wenceslaus  
dux Brab-  
antia mori-  
tur.

M C C C L X X X I V .

Hoc anno, qui fuerat Crafftonis abbatis X, obiit Iohannes dictus Frie, monachus huius monasterij, qui gessit officium Cellerarij annis multis.

Nobles dux  
Frie.

Eodem anno VII, iduum Augusti obiit Hermannus Stumpf, monachus & custos hic, Stumpf.

Post mortem Iohannis maioris Cellerarij supradicti Craffto abbas Cellarium instituit Emericum, huius conuentus monachum, filium Philippi Vlner militis de Beckelnheim, Vlner.

50 qui antea Reditarius fuerat huius monasterij per annos septem.

M C C C L X X X V .

Curtis in  
Nesbach  
Gendau.

Hoc anno Craffto abbas curtis huius monasterij in Nosbach cum omnibus proutenibus suis pro CL florensis vendidit Henrico W olf de Sponheim militi, quæ ficalientia mansit à monasterio usq; ad tempora Iohannis Trithemii abbatis, per annos C, qui medium curtis redimens aliam dimidieratem dimittere coactus fuit, vt suo loco dicemus.

Philippus  
Vlner mori-  
tur.

Eodem anno VIII, iduum Septembri obiit Philippus Vlner miles de Beckelnheim, pater Emerici monachi & Cellerarij, huius monasterij benefactor singularis.

Wilhelmus  
comes Hel-  
landia duci-  
torem.

Eodem quoque anno Wilhelmus Comes Hollandie, filius Alberti ducis Banariae, & nepos Ludouici Imperatoris III, uxori duxit filiam ducis Burgundie, Philippi, & nunc prius cum magna pompa & solennitate spectabili celebravit.

M C C C L X X X V I .

Anno Crafftonis abbatis nostri XII, crevit maxima vini copia ita ut tempore vide- Abundatio  
miarum præ verbete vasa deficerent, & vendereturque plaustrum vini proximo floreno, & vini.

Eodem anno I. d. e. mensis Martij, quæ fuit v. feria sexagesimæ, exentes de Wormacia ciues, armata manu inuaserunt Nuhusen, eamq; penitus destruxerunt, & quoscunq; in- Nuhusen  
uenient ex clericis capiebant, & ad custodiam carceris posuerunt. Et haec fuit secunda ei- destruxerunt  
iusdem loci per Wormaciæ destruñio. Prima enim facta est tempore Ludolphi episco- pi. Concordia tandem per Rupertum Comitem Palatinum Rheni, & Comitem Henri- 50 cum de Sponheim facta est, & Nuhusa denuo coepit reædificari, & in breui ad perfectio- nem deducta est.

M C C C L X X X V I I .

Hoc anno, III. Maii obiit Eydelvolf de Beckelnheim miles, frater domini Craffto- Eydelvolf  
nis abbatis nostri, cuius vxor Catharina nobis certa bona ex eius legatione contradicit de Beckeln-  
heim, miles  
obiit.

Eodem anno IX, cal. Martij obiit Iohannes, dictus Reyie, monachus huius monasterij professus, & in ambitu ecclesie sepelitur.

*M onasteriu  
T uitiense  
adiecatio.*

Eodem quoque tempore monasterium Tuitiensem, nostri ordinis, quod Colonienses ante decennium cum parochiali ecclesia destruxerant, redificatum est, & denuo consecratum.

*Bellū inter  
Ducissam  
Brabantia  
& ducem  
Celiā.  
Conradus  
fit archiepi-  
scopus Mo-  
guntinus.*

Hoc etiam anno bellum fuit inter ducissam Brabantiae Ioannam relictam Wenceslai ducis, & Wilhelmm ducem Celiā, qui contra eam vicit & eam cecidit, & tandem concordia inter eos per Fridericum archiepiscopum Coloniensem facta est.

M C C C L X X X V I I .

Anno Crafttonis abbatis nostri xiv. obiit Adolphus de Nassauv archiepiscopus Moguntinus, cui Conradus de Vinsberg, Canonicus maioris ecclesiae, per electionem succedens praeuit annis vii. vir bonus atq; pacificus.

Eodem anno erexitur est studium generale, seu Vniuersitas in civitate Coloniensi per consulatum ibidem, & ad eius instantiam per Urbanum Papam vi. confirmatur, alibi legimus quod Bonifacius ix. qui Urbano successit, eam confirmaverit.

*C iues Mo-  
guntinenses,  
Wormatienses  
& Spirenses  
fit confederati  
Palatinatū.  
Dux cū suo  
exercitu vi-  
tior euadit.  
Quale fa-  
ctum, talia  
pasa.*

Eodem quoque anno ciues Moguntinenses, Wormacienses, & Spirenses, cum quibusdam alijs confederatis contra Principes, sexcentis armatis terram domini Ruperti comitis Palatini ducisque Bauarię intrantes, incendio & rapina denastare cuncta caperunt, quibus dux ipse cum suo exercitu non longe à Wormatia venit in occiduum, conseruo manibus vicit & eam interfecit & trecentis capis, ita quod de toto exercitu coruvi vix c. fugae lapsi remanserunt. Inter captiuos erant sexaginta raptori milii, qui noctu discutentes incendio & rapina panperes oppreserant, quos dux in formacalciis fortiter ardenter proieci iussérat, dicentes: Vobis terram meam nocturno tempore in occulto incendio concrēatis, & ego vos clara die plurimo inspectante populo, ardere faciam. Reliqui de captiuitate pecunia se redimere coacti sunt. Acta sunt hæc vi. feria ante festum S. Martini anno prænotato, non procul à Wormacia. Et non ausi deinceps ciues confederati terras Principum, nisi valde vicinas, bello impetrere, nec pacem post hac habuerunt, donec principibus cum pecunia satisfacerent pro eorum voluntate, & Ligam confederationis suæ inter se dissoluerent.

*Wernherus  
fit archiepi-  
scopus Tre-  
uirensis.*

Eodem quoque anno Cuno de Falckenstein archiepiscopus Treuirensis ienior graduatus, de capitulo sui voluntate & consensu, resignavit archiepiscopatum Wernheri de Falckenstein, cognato suo quem canonice electum & a Papa Urbano vi. confirmatum mense Maio in Pontificem unanimiter suscepserunt, assignantes ei possessiones ecclesiæ omnes, oppida, castra & villas, nemine contradicente. Cuno autem retento apud se thesauris suis, in auro & argento maximis, vitam priuatam agere coepit, mansionem in castello, quod Vvelmich dicitur, accipiens, ubi non diu superiuiens eodem anno, mente luto defunctus est, & in ecclesia S. Castoris sepultus in Confluentia, cui Vvernherus solennes peregit exequias, Friderico archiepiscopo Coloniensi, & Ruperto (qui & Adolphus) comite Palatino Rheni & duce Bauaria cum multis alijs principibus adstantibus. At vero thesaurum ingērem apud eum Vvernherus successor reperit, ecclesiasticis debitis absolvit, & in omnibus virtualibus copiosissime prouisam.

*Bellū inter  
Franckfor-  
dienos &  
nobiles de  
Cronenberg.*

Eodem anno Franckfordiensis exercitum contra Dominos Cronenbergenses produxerunt ad pugnandum. Quibus illi de Cronenberg, licet pauciores numero, in occursum audacter properantes, commissoque prælio victores existunt, centum ex Franckfordiensibus occidunt, & sexcentos captiuos abducunt, reliqui cum ignominia fugerunt. At vero pro liberatione captiuorum Nobiles de Cronenberg septuaginta florenorū milia à Franckfordiensibus accepserunt, cosque ad conditiones pacis accipiendas compulerunt.

*Wylā oppi-  
dum Suevia  
debet Phar-  
cemos & mi-  
litibus.  
Monstru-  
natur.*

Anno etiam prænotaro ciues confederati in Suevia aduersum Comitem de Vvtenberg armis lūmpserunt, contra quos comites ipsi, aliorum Principum adiutorio suffici, iuxta Vile oppidum Suevia procedentes ad bellum post longam concrationem victores facti sunt, & multos ex confederatis ciuibus occiderunt, & Ligam ciuitatum (quod decennio serme durauerat) penitus dissoluentes, in nihilum redegerunt. Omnia haec mala Venceslao regnante, & imprudente dissimulante, in terra facta sunt.

Hoc anno in oppido Bopardiensi, Treuirensis dioecesis, natus fuit infans, ab umbilico & sursum duplex existens, qui habuit duo capita, manus quatuor, & cætera omnia quæ ad hominis perfectionem requiruntur dupliciter. Deorsum vero ab umbilico cuncta membra in forma vnius hominis erant disposita. Sed non diu vixit hoc monstrum, nam infra vnius anni spatium ambo mortui sunt.

MCCC.

i ordinis, quod Colonie-  
lificatum est, & denso co-  
munitate  
oanam telicam Wences-  
r eusasit, & tandem concor-  
cta est.

Nassauv archiepiscopus Mo-  
clesia, per electionem sic-

sitas in ciuitate Colonensi  
pam vi, confirmatur, alii  
mauerit.

nles, & Spirenes, cum quod  
terram domini Ruperi  
deuastare cuncta coperant,  
t in occursum, consensu  
aptis, ita quod de toro ex-  
sexaginta rapiores milie-  
nt, quos duxin formace-  
am nocturno tempore in occi-  
to ardere faciam. Reliqua de  
feria ante festum S. Martin  
ps cives concederati tenu-  
t ac habuerunt, donec p-  
igam confederatis sic

opis Treuirenis tenogra-  
piscopatus Wernher de  
Urbano vi. confirmatur  
entes ei possessiones ecclie  
autem retento apud Ich-  
ecepit, mansionem in casel-  
lo eodem anno, mense Iunio  
, cui Vvernherus solenne-  
rto (qui & Adolphus) com-  
itis adstantibus. At vero te-  
lestante debitis absolum,

ominos Cronenbergen  
et pauciores numero, in oc-  
cidentem, centum ex Fran-  
ciam cum ignominia fugient.  
septuaginta florenra mil-  
paci accipienda computa-

luerum Comitem de Vir-  
Principum adiutorio suffi-  
ongam concertationem  
& Ligā ciuitatum (quod de-  
legerunt. Omnia facta  
facta sunt.

natus fuit infans ab ubi-  
tuatu, & cetera omnia que  
ab umbilico condita men-  
tis hoc monstrum, nam in

## SPÖNHEIMENSE

M C C L X X X I X .

337

Anno Crafftonis abbatis nostri xv. v. idus Martij obiit Margaretha relicta Philippi Margare-  
Vlner, militis de Sponheim mater Emerici monachi & Cellerarij huius cœnobij, qua le-  
gauit xxx florenos pro tabula in summo altari facienda, quam præfatus filius eius Emeritus Cellerarius & Prouisor fieri fecit, addens de suo patrimonio reliquum quod constabat, Cellerarius  
reveretur.

sequitur iuxta imaginem S. Trinitatis, in pede ipsius tabulae, cum armis suis procura-  
uit depingi.

Eodem anno viii. iduū Decembbris obiit Petrus de Sponheim monachus huius loci. Comes Mō-  
tensis in aliis  
creatura

rum in ducem creatus est, cum magna pompa & lollenitate, ut fieri consuevit.

M C C X C .

Anno abbatis nostri Crafftonis xvi. & ultimo, Diethardus comes de Karzenelenbo-  
gen factus est inimicus & publicus hostis Colonensem, & eis multa damna influit, Fri-  
derico archiepiscopo dissimulante & promovente negotium.

Eodem quoq; anno in die S. Egidij confessoris obiit dominus Craffo, hulus mo-  
nasterij, abbas xvi. anno etatis sua lxxix. in choro monasterij ad caput Bernielimi primus ab-  
bas sub lapide sepultus: homo laboriosus, sed patum fortunatus, & qui in vtroq; statu nō  
satis protide rexit, relinquens monasterium in multis debitis, & obseruantiam penitus  
dissipata.

26 Eodem anno in episcopum Leodiensem postulatus fuit Iohannes dux Bauariae, fi-  
lius Alberti comitis Hollandiae, comitis Palatinus Rheni, auctisque Bauariae, cum annu-  
tatis xix. nondum compleuisse, & à Leodiensibus cum magno honore fuit suscep-  
tus.

Iohannes p̄s  
fuletorum  
episcopum  
Leodiensem

DE PHILIPPO SECUNDO, HVIVS MONASTERII ABBATE XVII.  
qui præfuit mensibus vi. & diebus xviii. ac de gestis eius & illius temporis.

D OMINO Craffone abbatte mortuo atque sepulto anno & die præfatis, cōuenierunt  
ad locum capitularem die sequente, hoc est i. v. nonas Septembri, pto electione no-  
ui abbatis celebranda fratres, & post maturam inter se deliberationem præhabitam, Phi-  
lippum eius nominis secundum in xv. huius monasterij abbatem concorditer elegerunt, &  
qui mox eodem mense per Conradum archiepiscopum Moguntinum confirmatus, &  
per eius in pontificalibus Vicarii iuxta morem ordinatus, præfuit tantum vi. mensibus &  
xviii. diebus: homo nimium pomposus & vanegloriosus, qui statim in principio regimi-  
nis sui gloriösus apparere desiderans multam familiam inuilem conduxit, equos super-  
fluos comparavit, & contra consuetudinem omnium Antecessorum iuorū, qui tribus  
equis, Capellano & familiarī solebant esse contenti, cum quatuor aut quinque extra mo-  
nasterium equitare incepit, magnas faciens expensas, quatum magnitudinem tenuitas  
monasterij non poterat sine deolatione omni modo sustinere. Crucem auream satis pre-  
ciosam, quam Craffo abbas eius nominis primus ante annos ccxlvi. pro decore domus  
secundus fit  
abbas mo-  
nasterii xv.

40 Domini fieri fecit, ut satisfaceret pompa status sui, vendidit & à monasterio penitus alic-  
nauit. In super & possessiones quasdam vendidit, quas monasterium à principio fundatio-  
nis sue in omni quiete & utilitate vsque ad ista tempora possedit. Fuit autem Philippus o-  
riundus ex Bechtolsheim, filius Henrici militis, qui cum esset annorum xii. sub Philippo  
Meyvyn abbate monachus factus est, & more cæterorum instituebatur, magis ad luxum  
& vanitatem seculi quam ad amorem Dei. Cum autem annu etatis ageret xxxii. post mor-  
tem Crafftonis abbatæ (sicut diximus) electus est, & mala regimini sui principia fecit, qui si diuinus vixisset, omnem substantiam monasterij ex toto dissipasset.

Eodem anno quo Philippus abbas institutus est, v. idus Octobris obiit Fridericus  
Prior huius monasterij xxii. sub cuius præsidentia aut nulla aut parva fuit in monasterio  
regularis disciplina obseruantia. Monachi enim omnes proprietarij erant, domosq; seof-  
sum habebant proprias, & nec rectorium (iuxta regulam) eis commune fuit, nec dormi-  
torium. Mortuo autem Friderico Philippus abbas xxiv. Priorem instituit Rudolphum, Rudolphus  
fit Peter ha-  
ins loci 24.

M C C X C I .

Hoc anno xv. caleri Aprilis obiit Philippus secundus, huius monasterij abbas xvii.  
& in choro ante gradus Presbyterij sepelitur, cuius obitus nemine plus contristauit, quam

Philippus  
abbas mer-  
itorum

Ff